

Henry VII, *Ad reprimendum* and Bartolus' commentary thereon

This constitution was issued at Pisa 2 April 1313. The circumstances are laid out in some detail in Pennington's *The Prince and the Law*, at 165–201. Its relationship to Dante's *Monarchia* is fairly obvious. The original is edited in *Constitutiones et acta publica imperatorum et regum: 4.2, 1312–1313*, ed. J. Schwalm, MGH Leges in 4°, 4 (Hannover 1911) no. 929, p. 965–6 (https://www.dmgm.de/mgh_const_42/index.htm#page/965/mode/1up) (followed by a French translation). There are some changes from the original in the version incorporated in the *Corpus Iuris Civilis*, notably that the incipit in the original is *Ad reprimenda multorum facinora*, but the differences do not affect the substance, and it seems reasonably clear that Bartolus' commentary was on the text that was used by lawyers and that appears in the *Corpus*. My text is transcribed from the Lyon edition of the *Corpus* of 1604 ([https://iiif.lib.harvard.edu/manifests/view/drs:427005555\\$596i](https://iiif.lib.harvard.edu/manifests/view/drs:427005555$596i)). I've noted the major differences from the registered copy edited by Schwalm in the notes and close with a puzzle that is not a difference. Whether Bartolus' text had some of the oddities noted in the notes is a closer question. A lot can happen, most of it not good, to a 14th-century text before it arrives in a printing of 1604. Words in boldface are the lemmata of the extracts from Bartolus' commentary given below.

Henricus septimus divina favente gratia Romanorum Imperator semper Augustus.

Ad reprimendum multorum facinora qui ruptis totius debitae fidelitatis habenis adversus Romanum Imperium in cuius tranquilitate **totius orbis** regularitas requiescit hostili animo armati¹ conantur nedum humana verumetiam divina precepta quibus iubetur quod omnis anima Romanorum² principi sit subiecta sceleratissimis facinoribus et assiduis rebellionibus demoliri, ne ex eorum absentia in detestando laesae maiestatis crimine processus et sententia retardentur et tanti sceleris³ impunita hac edictali Deo propitio perpetuo valitura lege sancimus ut quocunque laesae maiestatis crimine et maxime contra Romanorum imperatores vel reges aliquid quod dictum⁴ tangat asseratur commissum possit procedi per accusationem,⁵ inquisitionem, seu denunciationem summarie et de plano sine strepitu **et figura iudicii** prout illi qui **iurisdictioni praest videtur expedire**. Ad hoc, si qua communitas, corpus, vel collegium, vel alia quaevis persona cuiuscunque status, dignitatis, vel conditionis existat, super dicto crimine per nuncium vel per literas seu etiam **per edictum** publice propositum citata vel citatum neglexerit in termino personaliter vel legitime comparere, contra ipsam vel ipsum perinde⁶ ac si praesentaliter⁷ omnibus interesset vel⁸ lis foret legitime contestata tam ad receptionem testium et eorum publicationem et sequentia quam ad definitivam sententiam et eius executionem procedatur legibus et consuetudinibus non obstantibus quibuscunque. Hanc autem generalem legem nostram extendi iubemus ad praeterita, presentia,⁹ et futura, quam legem¹⁰ ex nunc absque alterius temporis expectatione transcursus¹¹ suum integrum vigorem decernimus obtinere.

Bartolus' commentary on this constitution, written probably sometime after 1355, takes up 28 closely-packed folio columns in the 1604 edition. We reproduce here only those pieces of it cited in Pennington.

vº *totius orbis*. Contra: quia maior pars mundi non obedit principi. Solutio: illud de facto sed de iure secus. Simile habemus de Daniele ix. c. ubi de Nabuchodonoso qui erat universalis Imperator sic ait: 'Tu rex regum es; Deus coeli regnum, fortitudinem, gloriam, et imperium dedit

¹ Ed. Schwalm: *animati*.

² Ed. Schwalm: *Romano*.

³ Ed. Schwalm adds: *nephanda temeritas remaneat*.

⁴ Ed. Schwalm adds: *crimen*.

⁵ Ed. Schwalm adds: *vel*.

⁶ Ed. Schwalm: *proinde*. This reading seems to make more sense.

⁷ Ed. Schwalm: *personaliter*. This reading seems to make more sense.

⁸ Ed. Schwalm: *et*.

⁹ Ed. Schwalm: *pendentia*.

¹⁰ Ed. Schwalm omits: *legem*.

¹¹ Ed. Schwalm sic: *transcursus*. Presumably this is an acc. plural governed by I'm not sure what. This is awkward. Does anyone have any other ideas?

tibi, et omnia in quibus habitarent filii hominum, bestias agri, et volucres coeli dedit in manu tua et sub ditione tua universa constituit.¹² Et intelligendum est de iure, quia de facto non obediverunt sibi omnia ut legitur in *ut in dicto cap. per gloss.*¹³ Item contra: quia in terris Ecclesiae nullam habet iurisdictionem *ut in cap. pastoralis extra de re Iudi. in cler* [lege ‘clem’] [Clem. 2.11.2]. Solutio: [1] Ecclesia habet ex donatione principis etiam eius qui hanc legem condidit *ut in cap primo extra de iureiur. in cle.* [Clem. 2.9.un (*Romani pontifices*)] unde ipse princeps habere videtur *ut l. prima § omnia enim. Codice de vete. iu. ena.* [C.1.17.1]. [2] Vel licet alicuius particulae dominium non sit suum tamen verum est quod hic dicitur: sicut dicitur dominus gregis, etiam si unum pecus non sit suum *ut ff. de rei v.n. l. secunda et tertia* et per hoc patet quod Imperator recte dicitur dominus mundi scilicet universalis, licet singulares sint domini praediorum suorum, unde a possessore ipse posset vindicare mundum, *ut l. bene a Zenone C. de quadri. praescrip. et ff. ad leg. Rhod. de iac. l. deprecation* [C.7.37.3; D.14.2.9]. Nec est opus quod dicamus quod omnia sunt sua quo ad protectionem etc. *ut not. in constitutione ff. in princip.* [?¹⁴]. [3] Vel tertio inhaerendo opinioni sanctae Ecclesiae primo fuit imperium Babylonis, secundo fuit imperium Persarum et Medorum, tertio fuit imperium Graecorum, quarto fuit imperium Romanorum,¹⁵ ultimo adveniente Christo istud Romanum imperium coepit esse Christi imperium et ideo apud Christi vicarium est uterque gladius, scilicet spiritualis et temporalis. Christus est lapis abscissus sine manibus,¹⁶ cuius regnum non dissipabitur,¹⁷ de quo prophetavit Daniel in dicto capitulo nono ubi haec omnia imperia describuntur expresse. Dic ergo quod ante Christum imperium Romanum dependebat ab eo solo et Imperator recte dicebatur quod dominus mundi est et quod omnia eius sunt. Post Christum vero omne imperium est apud Christum et eius vicarium et transferatur in principem secularem *ut extra de elect. c. venerabilem* [X 1.6.34]. Unde si dicimus omnia sunt imperii Romani quia tunc Christi,¹⁸ verum est si referamus ad personam Christi. Si vero referamus ad personam Imperatoris secularis, non proprie dicitur quod omnis sunt sua vel sub sua iurisdictione quia none terrae Ecclesiae. Illas enim sibi reservat papa, in quo principaliter est immperium. In hac ergo constitutione si se retulit ad imperium vel si se retulit ad personam suam, locutus est caute. Non enim dicit quod totius orbis iuridictio sit sua, sed quod totius orbis regularitas in eo requiescit. Nam et terras Ecclesiae ipse habet certo modo regulari, scilicet defendendo eas et servando in devotione Ecclesiae, *ut iuravit in c. primo extra de iureiur. in cle.* [Clem. 2.9.un (*Romani pontifices*)], et hoc pro nunc transitorie dico, quoniam opus per se requirunt quae dico, quare sic credo tenere ecclesiam, sic credo Imperatorem sentire, et si male hoc vel aliud intelligerem, sum paratus corrigere.

vº *per edictum*. . . .¹⁹ Sed an predicti modis posit quis citari ubicumque sit, etiam extra territorium civitatis, quod videtur *ut C. de epis. et cler. l. Omnes § Si vero apparitor* [C.1.3(6).32.5 in med.] *et de offic. prefec. ub. l.ii* [C.1.28(31).2] ubi subditum suum citat quis etiam extra territorium? In contrarium est casus extra de re iud. Pastoralis [Clem. 2.11.2], ubi declaratur quod imperator non potest citare eum qui est in terris ecclesie, set debet superiori

¹² The quotation is from Daniel 2:37–38 in the Vulgate and is exact. I have no idea why it is cited to Daniel c. 9.

¹³ This may be reference to a gloss on the Biblical passage. It does not seem to be in the *glossa ordinaria*, which seems to be derived from Jerome’s commentary, but I have not pursued the matter further.

¹⁴ It is unclear to me to what this refers, though the idea is commonplace enough.

¹⁵ This list of four empires comes from an interpretation of Daniel 2:38–40.

¹⁶ Cf. Daniel 2:34.

¹⁷ Cf. Daniel 2:44.

¹⁸ I find this a little hard to follow, perhaps ‘nunc’ should be read. CD.

¹⁹ Bartolus goes on for two full columns on this topic, and what he has to say is of considerable interest. We transcribe here only that part that is found in Pennington. As a general matter, Pennington’s focus is on *Ad reprimendum* itself, whereas a reading of the commentary as a whole gives the impression that Bartolus was much concerned about what the powers were of a judge who had been authorized to proceed summarily.

nunciari ut ei nuncietur. Cynus in quadam disputatione dicit quod illud fuit positum ex errore canonistarum.²⁰ Set cum illa decretalis fuerit facta in concilio generali ubi fuit magna copia intelligentium non est verisimile quod ibi fuerit erratum, unde temeraria est dicta solutio contra. Dominus²¹ Paulus de Liazariis dicit quod in dicto capitulo quod ille qui est iudex alicuius ratione domicilii potest citare illum extra territorium quacumque citatione verbali,²² cum talis absens alium superiorem isto non habet, per quem citari posset²³ et ita loquuntur iura predicta. Si vero loquimur de subiecto ratione delicti vel contractus et sic per accidens, tunc talis iudex non citat extra territorium *ut dictum cap. pastoralis* [Clem. 2.11.2] et hoc quo ad executionem faciendam in rebus quae alias non sunt in territorio citantis ut extra *de fo. compe. c. Romana § contrahentes lib. vj* [VI 2.2.1.3].²⁴ Sed certe primum membrum ratione domicilii placet, sed secundum displacet. Primo per dictum²⁵ § *contrahentes*, ubi fit citatio extra territorium etiam quo ad pronunciationem de mittendo in bonis quae non sunt in territorio citantis. Secundo, quia est directo contra casum huius constitutionis et, quod sic intellexit etiam imperator, patet, quia citationem factam de rege Roberto existente extra territorium asseruit legitime factam. Et loquitur hic de citatione facta a quocumque qui iurisdictione preest. Item in causa capitali. Dic ergo quod papa potest iure quemlibet ubique existetem citare, quia ipse est vicarius Christi cuius est terra et plenitudo orbis eius, *ut extra. de iud. in Cem. c.i* [Clem. 2.1.1]. . . .¹⁹

vº et figura iudicii. . . .²⁶ Tu dic quod iudex per hec verba relavatur ab omni forma et figura iudicii inducta a iure civili et tenetur servare omnem figuram formam iudicii inductam de iure gentium vel naturali ratione . . .²⁷ Quid ergo de sermone huius verbi dicam: intellige idem si coniugerentur. Quid hoc important per singula partes iudicii prosequamur latius quam in dicto capitulo ‘Saepe’ [Clem. 5.11.2]. Quero ergo an sit²⁸ necesse ut pas citetur? Respondeo sic, ut infra in hac²⁹ innuitur. Item quia hoc est de iure naturali, nam primum hominem citavit Deus dicens ‘Adam, Adam,³⁰ ubi es?’ Hoc est³¹ probatur extra de re iud. Clem. Pastoralis [Clem. 2.11.2] ubi sententia domini imperatoris Henrici qui fecit hanc legem et postea condemnavit Robertum regem Iherusalem et Sicilie cassatur, ob hoc quod citatio non fuit fata legitime et probatur in dicto capitulo ‘Sepe’ [Clem. 5.11.2]. . . .³² Item an poterit opponi exceptio rei iudicate et finite ad impediendum processum? Respondeo sic, quia de iure naturali est ne iudicetur bis in idipsum.³³ . . .³⁴

²⁰ For the opinion of Cino da Pistoia and Cino’s influence on Bartolus (he was Bartolus’ teacher), see Pennington, at 198–199 and notes. What follows is therefore even more remarkable.

²¹ Ed.: *Unde dicit.*

²² Ed. omits: *verbali.*

²³ Pennington omits from here to ‘Secundo’ making it hard to follow and skipping the issues that we will see later Bartolus takes up in more detail in his famous *repetitio* on conflicts of law.

²⁴ This decretal of Innocent IV may not mean quite what Bartolus says it means.

²⁵ Understand § as being an abbreviation for ‘paragraphum’.

²⁶ Once more, this comment goes on for two and half columns. We transcribe here only that part that is in Pennington.

²⁷ Pennington omits here Bartolus’ discussion of what Johannes Andreae thought was necessary to give rise to the judge’s power to decide in this way. Disagreeing somewhat with Andreae, Bartolus concludes that ‘sine figura iudicii’ is sufficient to allow a judge to proceed according to the provisions of the Clementine *Saepe*. The full phrase, ‘summarie, simpliciter, et de plano, sine strepitu et figura’, is not necessary.

²⁸ Ed. reads: *Quaero igitur utrum.*

²⁹ Ed. adds: *lege.*

³⁰ Ed. omits second: *Adam.*

³¹ Ed. reads: *enim.*

³² Pennington omits discussion of a number of other possible requirements.

³³ Ed. reads: *ne bis iudicetur id ipsum.*

vº iurisdictioni preest videtur³⁵ expedire. . . .³⁶ Si vero per verba significantia liberam vountatem tunc est liber a regulis iuris civilis, debet tamen servare equitatem iuris gentium seu naturalem equitatem que idem est per dicta iura et est casus *de re iud. in Clem. Patoralis* [Clem. 2.11.2]. Nam imperator solutus est legibus et ex vigore sue potestatis tulit ibi sententiam, tamen quia in quibusdam fecit ibi contra naturalem equitatem ideo sententia cassatur. Et ideo patet³⁷ quod in casu nostre legis ubi procedit³⁸ absque figura iudicii, si committitur iudici per verba significantia arbitrium boni viri³⁹ debet servare regulas iurisgentium, quia hec verba predicta ‘sine figura iudicii’ important sive committantur per verba significantia voluntatem liberam.⁴⁰ Et per hoc patet soluta questio quando potestati datur liberum arbitrium an propter hoc poterit facere parti iniustitiam? Certa non, quia hoc est contra naturalem equitatem; set potest omittere solemnitates iuris civilis. De hoc per *glossam in dicta Clem. Saepe, super verbo ‘defensiones’* [Clem. 5.11.2 vº *defensiones*, ed. 1582, col. 336⁴¹] *dixi de dona. l. Si [cum] filius familias* [D.39.5.2].⁴²

³⁴ Pennington omits discussion many more possible requirements.

³⁵ Ed.: *videbitur*.

³⁶ What follows is preceded by a long discussion of possible distinctions in commissions ‘ad arbitrium boni viri’ and those committed to a judge’s ‘voluntas’.

³⁷ Ed. reads: & *ex hoc capite apparent*.

³⁸ Ed.: *proceditur*.

³⁹ Ed. reads in parentheses: *quia non committitur iudicium per verba significantia arbitrium boni viri*, which gives quite a different sense.

⁴⁰ Ed. reads: *iurisgentium seu naturalem aequitatem, cum verbum ‘sine figura’ importat quasi committatur per verba significantia liberam voluntatem*, once more giving a quite different sense.

⁴¹ digital.library.ucla.edu/canonlaw/librarian?ITEMBREAK=CJC3_0609&SIZE=1.0&INUM=0

⁴² Bartolus’ commentary on this lex is quite long, and I may have missed it, but I can’t see that he cites the gloss he mentions here, or even how it might have arisen in the context of this case.

[https://babel.hathitrust.org/cgi/pt?id=ucm.5317961902&view=1up&seq=137&size=125.](https://babel.hathitrust.org/cgi/pt?id=ucm.5317961902&view=1up&seq=137&size=125)